

**Qualiter**, & quo iure succedat monasterium succedendi capax in bona professi, de quibus ille ante professionem non disponuerat, & ad acquirendam hereditatem monacho datum desideretur aliqua ipsius monachi aditio?

S V M M A R I V M.

Explicatur que monasteria sunt succedendi capacia: vbi de Collegiis, & dominici professi, & coadiutoribus formatis, & iis, qui vota biennia in Societate fecerint: & explicatur Trident. sej. 25. de regularibus, & qualiter Mendicantes habeant bona n.

An moniales Sancte Clares sint capaces: n. 2.

Duo questions sunt disputatae: n. 3.  
An monasteriorum succedendi capax succedat in omnia bona professi, & quidquid hic acquiriri, acquirat monasterio, & quo iure, & quid si alieno erit gratuus est, aut religio succedendi sit incapax: & an id ius competat monasterio, quando ex privilegio Pij V. ante finem anni nouitatus profectio sit in articulo mortis: n. 4.

An monachus, & eius nomine monasterium retinet iura suis, & omnia nova filiorum: n. 5.

Quid si professio in monasterio incapaci: n. 6.  
Quid si monachus decedat viuo patre, & an tunc succedat monasterium, etiam ipso monacho ita volente, & quid si sit dubium, an monachus vivat: n. 7.

Quid de monasterio, in quibus religiosi habent bona in particulari, ut in monasteriis tertii ordinis Dni Francisci: num. 8.

Quibus aliorum agat monasterium circa bona, que ratione monachus sibi competunt: n. 9.

An monachus non instituto rumpatur testamentum paternum: num. 10.

An integrum sit patri meliorare in tercia bonorum parte filium profectum, eti hereditati renunciarit, aut sit professio in ordine Minorum, aut Societatis Iesu: n. 11.

An per professionem perdatur nobilitas? refertur quadam sententia: n. 12.

Explicatio sententia auctoris, & an dispensatio sit subreptitia, in qua explicatum est professionem esse nobilis, aut id est tacitum: n. 13.

An post hanc iuri succedendi confutandine derogari, & sit alibi derogation, & quid in Hispania iuxta legem fori: num. 14.

An valeat partum ne monasterium succedat? remissio: numero 15.

An valeat statuum, ne ingrediens, aut ingressus religiosum succedat? refertur duplex sententia: num. 16. & 17.

Explicatio sententia auctoris, & an priuilegia simel per leges civiles ecclesiasticas concessa, possint per Principes cultares anterius: n. 18.

An lex, & statutum exclusio feminas propter masculos, legitimam exclusio feminas, que sunt sibi moniales, & licet Principis ad institendum maiorum ex filiorum legitimis presudicit filii, qui sunt sibi clericis, vel monachis: num. 19.

**H**ACTENVS egimus de facultate nouitiorum, & professorum ad dispondendum de suis bonis. agendum est de successione in eorum bona, ante professionem illis non disponuerat. Et i. ho capite est differendum in genere de iure, & modo succedendi: deinde in sequentibus descendenter in specie ad bona, in qua succeduntur. Primitudinem est, ut monasteria sint succedendi capacia. Et quidem, quamvis dili magna controversia esset circa religio-

nes mendicantes, qualiter succedere possent in bona immobilia professi, & communis sententia esset posse in ea succedere, non ut sibi retinenter, sed ut vendentur iam controversia hec cessavit, quippe Trident. sej. 2. cap. 3. de regularib. omnibus mendicantibus confessit, posse immobilia possidere praeferquam Minoris de obseruancia, & Capucinis Dni Francisci. Quare cetera mendicantium monasteria succedunt in professi bona, perinde ut monasterium non mendicantium, ut optimè adiuvet Namart. comment. 2. man. 50. de regulari. & praxis ipsa ita habet. Quod si dicas Tridentinum non concedere, ut deinceps bona immobilia acquirere possint, vel in ea succedere, quod tantum dicat sic; ut deinceps eis bona immobilia possidere licet: possidere autem potest ad bona acquista referti, vel ad acquirendam donatione, aut elemosyna; & cum hoc decretem sit correctorium regulæ mendicantium a Sede Apostolica approbat, & voti paupertatis ipsorum, est restringendum, ut ea minus laetatur. Sed respondet bene Hencedeus conf. 76. numero 30. & 31. volum. 1. Tridentinum indefinitè, & generaler loquens, esse generaliter intelligendum. Præterea, quia concedit, ut deinceps eis bona immobilia possidere licet. Quia dictio, deinceps, cum importet idem quod deinde, & postea, respicit omnem tempus futurum, ut optimè Rebibus appellat. parent. col. 5. verb. deinceps. ff. de verborum significati. & sic professione adiecta includit possessionem omnium bonorum quoquis tempore obtinentium. Item, quia alias nisi conceperit respectu monasteriorum, quæ ante possidere non poterant. Tandem, quia mens Tridentini fuit confundere paupertati horum monasteriorum, & ne vagari cogentur monachi causâ victus emendiandi; qui finis non obtainetur, nisi in posterum integrum efficit illis quæcumque immobilia acquirere. Quod si rufus opposit Tridentinum solam possidendi immobilia facultatem eis concedere, non autem facultem, & ius in ea succedendi. Respondeat bene idem Hencedeus eadem conf. 76. nro. 27. eo ipso ius in ea succedendi concedere. Quippe idem Minores non succedunt, quia sunt incapaces bonorum in communi, ut dicit textus Clem. xxviii. ver. quia igitur de verborum significati. Quamvis autem Tridentinum non excipiatur domus Societatis Iesu profetas, illa etiam nec in communi bona possidere possunt, ut supra explicuimus. Et quamvis Collegia Societatis Iesu in possidente bona in communi, iure tam succedendi in bona sutorum religiosorum carerit, ut constat ex Bulla Greg. XIII. qua confirmavit institutionem Societatis Iesu, que incipit; Quam fructuosis, & ex Bulla eiusdem, que incipit; Ascendere ibi nec proper emissa huiusmodi vota publica, aut per mortem illorum ab intestato in illorum, domi neque professorum bonis, domus villa, aut Ecclesia, vel Collegium dicti Societatis succedere possit. Idem Congregatio generalis 3. canone 4. & habetur in constitutionib. Societatis. part. 6. c. 2. & 12. & in vtroque loco dicitur professio Societatis Iesu, & coadiutores formatos nihil omnino propri amplius possidere posse, & esse incapaces hereditariae successiones. At quisla bienni vota emiserit, retinet ad tempus dominum illorum bonorum, ut dicitur in utraque Bulla, & in confit. 4. part. cap. 4. & 5. in declar. littera E. & in examine cap. 4. & 5. & part. 3. cap. 1. §. 7.

Sed difficultas est, an in ea Tridentini decreti ex comprehendantur monasteria Sancte Clares, ut eis bona immobilia, & proprium in communi habere, ac proxime succedant in bona monialium professorum: Quia in re bene adiuvet Manuel quest. reg. omo. 3. quæf. 19. art. 14. duplices esse moniales huius ordinis. Quidam sunt posteriori regule, qui bus integrum est ex sua regula habere bona in communi, & succedere. Aliis autem sunt prioris, quibus id interdictum erat ex sua regula, & voto paupertatis ab eis emisso.

emisso, sicut & fratribus Minoribus. Quare de monialibus posterioris regule sunt accipendi Doctores antiqui multi, quos referit Hendedeus statim allegamus, qui cum Gloss. Clem. 1. verb. obedientiam. de religiosis domibus, dicebant eas possidere posse. Sed difficultas est, an non obstante regulae præscripto, quo monasterii prioris regula Sancte Clares interdicebarur bonorum in communi possidere, id hodie licet ex decreto Tridentini sej. 25. de regulis. 3. Quidam vir fatus doctus (ut referat se audiuit Manuel ex art. 14.) tenuit id non concedi his monialibus in eo decreto. Dicitur, quia iis solis conceditur, quibus iuxta suas constitutions id interdictum erat. At constitutions aliud sunt a regula, nec sub illa comprehenduntur, sed virtus que mentione fieri oportebat, ut constat ex eodem Trident. eadem sej. 25. de regularibus. & paulo inferius, ibi; necnon confirmationibus, & regulis. Non ergo id censetur concilium predictis monialibus, ut pote quæ ex praecipto sua regule nequeunt bona in communi possidere, eo vel maximè, quod Trident. eadem sej. 25. de regulari. c. 1. sumpropterem commendet, ut inbeat ut omnes regulæ ad regulæ finitum vitam componere. Deinde potest id probari, quia videntur comprehendi in exceptione fratrum Minorum de obseruancia, ut pote quæ lib. eadē regule paupertate vivunt. Ceterum absque dubio dicendum est, eis licet bona in communi possidere. Primum, quia Tridentinum in eo decreto in concessione habendi bona in communi expressit omnia virorum, & monialium monasteriorum; in exceptione autem solos fratres Minores, & Capucinos expressit. Ergo moniales Sancte Clares remanent sub concepcione; quippe exceptis suis terminis contrarii debet, ut nota Monachus e. unico. numero 3. ff. de Itali. reg. in 6. & ibi Probus in ad. numero 11. & ibi Archidiaconus numero 3. vers. reuersus. Et vel maximum quod appellatione fratrum Minorum non veniant sorores dicti ordinis, ut tradidit Bald. l. tres fratres. num. 1. ff. de pat. & l. quicunque, numero 15. C. de seruis fug. Gambari in solitu de ext. nro. num. 195. Nec obstante in contrarium adducatur. Non primum, quia constat ex mente Tridentini futile nomine constitutionum in eo decreto regulam quoque comprehendere, alias non erat opus exceptione fratrum Minorum, & Capucinorum, cum iis ex sua regula interdicteret possidere bonorum in communi. Idque clarissima pater ex eadem sej. 25. de regulis. cap. 2. l. vbi expresse inbeat omnes regulares sacerdos omnia contenta in ea sessione, non obstantibus quibusque privilegiis constitutionibus, & regulis coru iurecendo stabilius. Quare dum c. 1. iubetur regulam obseruari, intelligitur, in quantum non est contra decretum in ea sessione. Nec obstat etiam secundum, quia etiā eadem regulam ferunt, vere non sunt fratres Minores in ea exceptione comprehendentes, ut fratres probantur, & ideo hanc sustinente Hendedeus alios refertur conf. 60. numero 5. & 6. dicens sic declarat Cardinalis Congregationis, & conf. 62. num. 2. & 3. & conf. 76. a. num. 9. in fin. 20.2. concludens sic de cœlum esse in Senatu Perugia causa hac inter partes agitata. Cautalensis decis. 1. & decif. 18. n. 5. p. 3. Burianus conf. 60. n. 2. 1. vol. 1. Flores de Men. lib. 1. variarum. 9. 16. §. 2. n. 6. Manuel eadem art. 14. proxime allegato, Ludouicus de Cataneo conf. 2. 6. n. 2. & 3. vol. 1.

5 Triplex quæstio in hoc capitulo discutenda est. Prima de iure, quo succedit monasterium succedendi capax in professi bona, & qualiter ei derogari possit. Secunda, de modo, quo succedit quoad acquirendum dominium, & possessionem. Tertia. An succedat aliquia monachii hereditatis additione?

4 **Q**uestio prima. Quo iure monasterium succedendi capax succedit in omnia professi bona, de quibus ante professionem non disponuerat; & qualiter confutandi

Summa Th. Sanchez pars IIII.

G g 3 nam. 62.

## Liber VII. Caput XII.

354

num. 6.4. C. de sacrof. Eccles. Aretus in presencia. n. 93. de probat. Parifus l. gallo. §. & quid si tantum. n. 5. ff. de liber. & poſſib. & ibi Marius Salamonius num. 40.

7 Secundò intellige, dummodo monachus ille viuat. Nam vbi primum ante delatam sibi parentum hereditatem obiit, cefar prorsus ius monasterii. Et ratio est, quia cum ius succedendi non competat, nisi post eius obiitum, cui succedendum est, profellus nequit hoc ius in monasterio transferre, sed solam spem, quae euangelica, vbi primum profellus ille definiri esse filius illius monasterii, ut ius de acquisitione per arrogationem. §. mortuo. Atque ita docent optimè Glos. finalis e. v. m. 18.

9.1. Felius alios allegans e. in presencia. n. 5.6. de probat.

Parladorius alias elegans, sed falso, in sequentem quod differens 1.47. §. 1. n. 7. Quare minus bene Faber l. final. n. 2. C. de sacrof. Eccles. Decius sententia veritate relinquit cogitandam. Gutierrez verb. mortuo. cl. 2. n. 103. at monachum obeunte vino parte tranſumtire ius succedendi in bona paterna in monasterium, idque magis constabat ex dicendis infra. Hac enim ratione diceamus hereditatem nondum monacho delatam acquiri monasterio, in quod profellus est tempore delationis legirimè translatus. Quare male quidam, quo tacito nomine refert Speculator tit. de ſequi monachorum. §. vni. con. 1.4.9. 10. dixere monachos mortuo succedere monasterium eius parentibus intetato: & ipse Speculator ait alios contraria sentire: & ita videtur hanc ultimam partem amplie quasi in posteriori loco posita. In dubio autem an monachus viuus sit, vt quan- diu abuit apostolando, & interius obiit patens, fu- 8. seter monasterium, vt tenet, referens lite morta obtu- nuisse monasterium, & dalcus Zaxius de ſubſtitione. c. 3. n. 11. habetur om. 8. in clauſum. p. 1.) Et ratio est, quia quia moris, cum sit quid facti, non pralimitur.

Quod intellige in monasteriis, in quibus religiosi non habent in particuliari bona; si enim illa habeant, vt sunt monasteria tertii ordinis Diu Francisci, & ter- tij ordinis Diu Dominic, in hac non succedit monas- teriorum. Si docent Angelus verb. religio. num. 33. Syl- uester verb. religio. 6. que. 1. dicto 2. Tabiena verb. religio. quaf. 3.4. num. 33. Gregor. Lopez l. 17. verb. Emparedado. tit. 1. p. 6.

Ex his deducitur primò monasterium in his, quae fi- bi acquirentur, vel in qua ex monachi persona ſucce- dit, illis actionibus agere, quae profellus ante ingressum competitor, quippe in omnia eius iura ſuccedit. At- qui ita docent innocentius e. in prefencia. n. 4. de probat. & ibi Holtensis n. 7. & 8. Antonius n. 30. Abb. num. 77. Angelus summ. verb. religio. n. 59. Sylvestr. verb. religio. 6. 9.2. Tabiena verb. religio. 9. 19. n. 9.2.

Secundò deducitur, si pater filium monachum non instituit, rumpi poſſe certum, tanquam filio pre- terito, cum omnia filii iura retinetur monachus, & eius nomine monasterium. Atque ita docent Paulus l. si fi- liu. qui in potestate num. 1. ff. de liber. & poſſib. Fortunio l. gallus. §. & quid si tantum. n. 5. ff. si certum peccatum Auendano junior l. 40. Tauri. glossa 4. num. 56.

Tertiò deducitur, integrum esse parenti meliorare hunc filium profellum in tercia bonorum parte, prout respectu filiorum, & descendantium est libi permisum l. reg. 17. Tauri. hodie l. 1. n. 6. lib. 5. recipil. quia huiusmodi profellus retinet omnia filii iura. Atque ita docent patres nonnullos Doctores recentiores Segu- 11. Koenig l. cohæred. §. cum filio. num. 71. ff. de vulgar. Mol- 2. S. Gal. lib. 1. de primog. 1. 5. num. 78. Sed maior difficultas 20. l. 2. filius ille fuiller profellus in ordine Minorum, au- in genitivo. Societate I. & S., aut coadiutor eius formatus, an poſſit in tercio meliorari a parentibus? Et videtur poſſe, quia est verus filius, tunc poſſet meliorare filium pro- fessum in aliis religionibus, qui renunciauit; quamvis in e. legitime petenda carcat. Sed exilium non poſſe, quia quia ad omnia ſuccessionis iura reputatur quasi

naturaliter mortuus, & quoad hoc perdit omnia filio- rum iura, vt diximus supra: atque illud tertium est filiorum legitima: nec est simile de filio renunciante, qui profellus sit in religione capaci ſuccedendi, quia per renunciationem illam ſolum excluditur à necessaria parentum ſuccessione, non tamen à voluntaria; si ipſi velint eum instruere & institutus à patre recuperat omnia uitatis iura. Et de profello in ordine incapaci ſentit quod non poſſit meliorari à contrario ſenſu Segura proximè allegatus, quia expreſſe dicit poſſe, quando in ordine capaci, vt diximus hoc lib. ſupr. Et ideo exilium poſſe hunc profellum, qui renunciauit, meliorari in ea tercia bonorum parte.

Quarto deducitur, quid in ea quatione ſentiendum sit, an per professionem amittatur nobilitas profellus? Quidam id exiftim. Dicuntur, quod per profellum ſum mortuus mundo, & omnibus eius pompis. Item probatur ex e. script. 27. q. 2. & c. prefens. 20. q. 3. vbi ha- 12. betur, dignitatem nobilis amitti per professionem; & tenet Glosa finalis verb. abſque delectu personarum. de Sta- tuta monachorum. & c. 1. verb. ingenuis de purg. canon. atque ita cefent Decius aubeni. ingressi. n. 5. C. de sacrof. Eccles. Barbarus c. quia nos. num. 2. de iſtament. Ioann. Andr. Ho- ſtien. Abb. Alberic. Felius, Mattheus de Afflictis, & multi alij, quos refert Tiraquel. de nobilitate. c. 27. nu- mero 1. & 2.

Ceterum dicendum est nequaque perdi, quia est quoddam ſanguinis ius, & subinde naturale, ac incom- 13. mutabile. Ius agnitionis. ff. de patēti. Nec obit religio- ſum mortuum eſſe mundo; no[n] enim eſſe mortuus quoad naturalia perdenda, ſed quoad illorum contemptum, & quod professione proprie voluntatis, & bonorum temporalium. Nec e. ſcripti, nec e. prefens, id probant: tantum enim dicunt amitti dignitates nobiles ſecula- res, vt Dicatum, Comitatum, vptore que per profellum ad ministrari nequeunt. Atque ita tenet Romanus in ſin- gulari 37. referens ſic decimum eſſe in Rota magna lite orta: opponet enim religio, qui diſpenſationem impetrat, allegans eſſe nobilem, diſpenſationem eſſe ſub- reptitiam ex falſa cauſa narratione, quippe intendebat eam nobilitatem amittari, ſuile per profellum. Ideo tenet Guillelmus Benedictus c. Raynatiu. verb. & vñorem nomine Adelaiſum, in princ. num. 210. & dupli- ſequenti. & Rebusſus de nominacionib. q. 1. 2. n. 31. Et inde inferunt hi duο, diſpenſationem non fore ſubreptitio, ſi religio ille ſe nobilis eſſe allegat; quinim fore ſubreptitiam, ſi impetrans beneficium per monachum nobilis poſſellum ultra annum, taceret poſſellorū nobilitatem, per regulam 32. Cancellaria. item idem Dominus noſter, vt improbi literes exquirerent motus. Idem tenent multi, quos refert, & lequitur Tiraquel. de nobilitate. 2. 6. a. 3. & que in finem Rosella in ſumma. verb. Doſtor. 9. 4. Immo licet nobilitas accidentalis, & politica ex publico officio, aut ſeculari militia, vel administratio- ne confurgens perdatur per religiosis profellum; quippe profellus haec administraſſe nequit: at accidentalis, & politica, quae in temporali administratione non veratur, vt ex gradu Doctoris confurgens, non depertit per profellum, vt optimè tradit Guillelmus Benedictus ibidem. Ex quo ego infero, nec perdi nobilitatem accidentalē, que prelio compara- ſa eſt in ſeculo. Atque haec omnia verē intelligo,

ligiosus ille ſit ordinis Minorum, quia quoad

repatur mortuus, ſed quoad ſuccessiones.

Quinto deducitur, poſſe contraria ſucceruidine 14. gitime praefcripta derrogari huius iuri ſuccedendi in profelli bona; & ſic derrogatum eſt apud Gallos: & omnia profelli bona pertinere ad propinquiores con- ſanguineos, mihi altero diſpoſuile, teſtantur illa ap- probantes Berioſi. q. de statu. & vita Eremitarum. ſu. (ha- 20. betur tom. 1. ſrat. 1. p. 2.) Boſcheus ſrat. 1. p. 2. de nupri- lib. 4. num. 37. (habetur tom. 9. trah. 1) Guillelmus Bene- dictus

## Liber VI. Caput XII.

355

dicitur e. Raynatiu. verb. & vñorem nomine Adelaiſum, in princip. ann. 24. o. que ad 225. Rebusſus tom. 1. con- ſtitut. Regiar. in premio. glori. 5. num. 21. & 22. D. Anton. 3. parte. ii. 16. cap. 2. §. 20. 7. ſed ſingressi Couar. multos alle- gans, de patēti. 3. parte. §. 2. numero 4. ad finem. & cap. 1. ſi- ne. de iſtamento. Rebusſus ſuccessionum. cap. 11. numero 28. Arnaldus Ferrerius in confuciusinibus Burdegalesi- bus. ſuſſ. ſuſſ. de ſuſſ. §. 10. Azor tom. 1. inſtitu. moralum. lib. 12. cap. 8. quatione 1. Et candem conſuetudinem approbat Alciat. confiſ. 36. num. 6. & 9. ait enim, quan- umius iure dubium ſit, ut flatu excludentia monachum à ſuccessione, ſint valida, valere tamen ſi conſuetu- ne ſint conſirmata. Eandem conſuetudinem approbat Cralfus de ſuccessione. ſ. ſuccello ab iſtamento. quatione 8. num. 3. Sed haec conſuetudo debet eſſe ſpatio quadra- 15. ginta annorum praefcripta: quod minori tempore non curat praefcriptio contra Ecclesiam. ſu. D. Anton. ibidem. Sed adhuc non valere tradunt Angelus in ſumma. verb. religio. num. 51. Sylvestr. verb. religio. 3. quatione 21. Tabiena verb. religio. quatione 34. num. 35. Sur- dus de alimento. tit. 9. quatione 38. num. 6. Sed non eſt re- cedendum à communī ſententia: quia cum ius hoc ſuc- cedendi ſolo iure humano competat, cui in vniuerſum potest conſuetudo derogare, non eſt cur in hoc euentu eam vim conſuetudini legitimè praefcripta negemus. Inimo in Hispania per l. 1. tit. 6. libro 3. fori reg. perti- nent omnia bona ad filios, & conſanguineos, excludo monasterio. Sed ea viu minimè feruari, vt expreſſionem certam conſtat, & testatur Gratianus regul. 45. 6. ma- mero 7.

Vtrum verò valeat paclum, quo ingrediens reli- gionem excludit à parentum ſuccessione, diximus ſupra.

16. Maior difficultas eſt de ſtatuto excludente mona- chos à ſuccessione. Tripleſt eſt opinio. Prima eſt poſſe iure ciuii ex iusta cauſa auferri monasterii po- ſtatem ſuccedendi. Dueſt, qui potestas haec ſuc- cedendi ſuit iure ciuii conceſſa, vt probauimus numero 5. & norant Doctores l. 1. C. qui iſtamentum ſuſſ. Ergo potest eodem iure ciuii ex iusta cauſa au- ferri, quia collere legiū ſuum nemini interdictum. Atque Paulus authent. caſſa. numero 5. C. de ſacred. Eccles. & ibi Sylvestr. numero 4. quatione 5. & eius Addi- tionator. verb. quia ſollere. relato Socino, tradunt valere flatu- ta contra Ecclesias priuilegium, quando eduntur ab eo, qui priuilegium conceſſerat. Hanc fulſtinent Men- chaca de ſucc. creatione. libro 3. §. 21. num. 179. Faber in de- finitionib. Senatus Sabaudie. tom. 1. lib. 1. tit. 2. de ſacred. Eccles. definit. 4.4. & tit. 3. de Episcopis, & clericis. defini- tio. 3. 0.

17. Secunda ſententia ſi diſtinguit: ſi ſtatutum condi- tum ſit his verbis, ingredi religionem, vel monachi non ſuccedant, eſt irritum: ſecus ſi ſe disponat, ingre- diens religionem non ſuccedit. Dueſt, qui priori ſtatutu- m afficit jam effectus religiosos; ſi ſtatutum laicorum iurisdictione caret ligandi religiosos, & qualcumque perfonas ecclafiticas: at in posteriori euentu afficit ante ingressum, quo tempore ſecularis ſunt. Hanc fulſtinent Bart. l. final. in t. ſeculari. num. 6. C. de ſac- red. Eccles. Salverius. De nobis. ſu. etiam cognitum. n. 4. C. de Episcop. & cleric. Ripa l. 1. §. 6. quis rogaui. cl. 1. num. 19. ff. ad Trebellian. Romanus. final. numero 31. & 31. C. de patēti. & ibi Iason. num. 26. Fulgoſius num. 11. Decius numero 28. Franciscus Aretus num. penulti. Gozadinus num. 21. Curtius senior. num. 34. Purpuratus num. 151. & 312. Bolognetus citatis Claudio, & Riminaldo ibi. n. 10. 5. Cagnolus in antiqua edit. in. noua a. n. 10. 4. Alex. ſhipulatio hoc modo concepta. n. 15. ff. de verborum obli- gat. & ibi Cumanus num. 11. idem Decius e. in presencia. in noua edit. n. 19. de probat. Felius num. 58. Ferretus num. 91. Matheſillanus singulari 144. nota mirabilis. Paulus conf. 4. vol. 1. Ruini conf. 10. 4. n. 10. vol. 1. Bartholomeus Soc. ſu. inter confitili Ruini. conf. 20. 5. num. 1. & 6. vol. 1. Felius inter eadem confitili. conf. 10. 6. num. 4. Parisius conf. 16. numero 15. volum. 2. Roland. conf. 35. numero 26. volum. 3. Couar. alios referens de patēti. 3. part. §. 1. na- mero 4. vers. illud ſunt. Hondecius multos alios referens confitili. numero 14. vol. 1. Buriatus conf. 15. num. 69. lib. Bettazzolus conf. 5. num. 23. vol. 1. Menochius alios in eſt ſuccesſio. confitili. 19. 5. n. 32. vol. 2. & de praſumpti. lib. 4. praſum- inimic

Gg 4

nu. 24. Causalios alios referens in suis q[uo]d conuinib[us] est.  
423. fin. Crasis de successione. & successione ab intestato. q. 8. n. 20.  
5. Rinaldus junior conf. 8. v. 1. n. 26. vol. 1. Lælius Zec-  
chini de Repub. ecclesiastica. sive de regularibus c. 3. num. 14.  
ampliatione 21. Manuel quæst. regular. tom. 2. quæst. 77.  
art. 3.

39. Valeret tamen lex ciuiis statuens masculos in suc-  
cessione preferentes feminis, nec obstat, quanvis  
femina aliquis effecta celiens moniales, adhuc enim ea  
lege ligantur, & ipsa postponentur masculis. Ra-  
tio est, quia lex ciuiis geneatior est ob bonum publicum  
edita, nec mentionem clericorum, aut religiosorum fa-  
cens, nec in illorum favore edita, ligeret & que illos; ac  
laicos, vt diximus supra: sed huiusmodi est haec lex;  
ergo omnes ligat. Secundò, quia cum tam seculares,  
quam clerici ex iure ciuii ius succedendi habeant, & ex  
eodem iure legiimis assignentur, poterunt quidem  
per legem generaliter editam non facientes mentionem  
clericorum, priuari in aliqua parte iure successio-  
nis ante delatum hereditatem. Et confirmatur, quia ne-  
mo dubitate poterit legem generaliter legitimis filio-  
rum minuenter affectare quoque clericos, & religiosos:  
Etia alios allegans optimè sustinet Molina lib. 2. de pri-  
mag. c. 10. num. 81. & 82. atque idem optimè docet etiam  
Braga de non melior. fil. c. 4. num. 32. licentiam. Principis  
ad instituendum maioratum ex legimi filiorum reli-  
ctis, & legiimis alimentis, extendi quoque ad legiti-  
mos filiorum, qui tunc sunt clerici, aut religiosi. Quod si  
oppinas communem Doctorum resolutionem esse,  
quos ibi refert Molina num. 81. dicentem statutum ex-  
cludens feminas a successione parentem propter ma-  
sculos, valere quoad feminas, quae raro temporis secu-  
lares sunt; scimus quod cas, que tunc sunt moniales;  
Refutatio bene Molina eo num. 81. doctrinam hanc in-  
tellegendam esse de statuto inferioris Principis: si enim  
Principis l'upremi esset, omnes comprehendetur.

## S V M M A R I V M.

An monasterium succedit in bona professi: anguam heres, &  
iure hereditario refertur quedam sententia. n. 20.

Sententia autoris. n. 21. & 22.

An dominum, & p[ro]p[ri]o bonorum professi transferatur in  
monasterium ab hac traditione? n. 23.  
Quid si bona transferatur ab aliis persona; & generaliter  
in Ecclesiam transferatur hac absque traditum? nu-  
mero 24.

Quid si bona non transferatur accessoriæ, sed aquæ prin-  
cipaliter in monasterium? refertur quadam sententia. nu-  
mero 25.

Sententia autoris. num. 26.

Quid si monasterium illi acquisitioni contradicat? n. 27.

Quid si bonis, in que religiosus post professionem sucedit? nu-  
mero 28.

Aha posse si ei ciuius vera, & fruatur omnibus possesso-  
nibus primigie adiungende recuperanda, & remunenda?  
num. 29.

An hec translatio bonorum indiget insinuatione, si debuit  
summarum sp[ec]ies? num. 30.

An indiget ea facta a minore, authoritate curatoris, iuramen-  
to; & si res immobilia, decretu Iudicis? n. 31.

An indiget ea authoritate, si fuit a predico, aut mutor r  
mero 32.

An monasterium tenetur confidere inuenientium, &  
confidere tenetur ultra vires hereditaria? n. 33.

Quid si patet legatus bonorum descriptionem fuisse; & quid  
in foro confidens? n. 34.

20. Q[uaestio]n[em] secunda. Qualiter succedat mona-  
sterium in profeta bona, & qualiter corum acquirat do-  
cere, quoniam. Quidam consent monasterium succedere in  
hereditario ab aliis

10. de la Companyia

Bona professa iure hereditario, & cuiusdam successio-  
nis. Sic Glossa. autem, si qua mulier verb. competere, in fine.  
C. de sacro. Eccl. Alberticus autem ingressi. num. 7. fine.  
C. eadem ita. Barbatus c. in presentia. n. 125 de probat. An-  
gelus in summa. verb. monasterium. 4. Sylvestre verb. re-  
ligio. 8. g. 2. Tabiena verb. monachus. q. 15. n. 16.

Sed commune, & verissimum Doctorum placitum  
est, monasterium succedens in monachi bona non esse  
propriæ hereditati, nec iure hereditario illi succedere,  
led iure cuiusdam acquisitionis naturalis, & accessoriæ  
persona. Quippe ex ipso quod persona in monasterium  
transfertur, transeunt quoque accessoriæ bona. Probarat  
ex autem. ingressi. C. de sacro. Eccl. ibi, ipso ingressi se, sed  
que dedicat. Deo. Nam ipso ingressu est id, quod ipso fa-  
cto, quo ingreditur quis religionem: & ex §. illud. autem.  
de monachis ibi: sequitur omnium personam: quia verba de-  
notant ipso iure, & per quamdam sequelam. Atque ita  
doct. Innocentius c. in presentia. numero 6. de probat. &  
ibi Anton. numero 28. Abb. num. 74. & 75. Bald. n. 14.  
Bellarius n. 21. Paritus n. 19. Beroius numero 555.  
Bart. autem. ingressi. c. 2. Lectura. n. 57. & autem, si qua mu-  
lier. numero 15. C. de sacro. Eccl. Salycetus ea autem.  
ingressi. num. 8. g. 5. & ea autem, si qua mulier. num. 8. g. 7. Ro-  
telius d. autem. ingressi. numero 23. & ibi Tabia verb. ipso  
ingressu. in principio numero 4. Bertrandus conf. 27. numero 2.  
vol. 7. Rolandus tradit. ac de confessione invenit. p. 2.  
quæst. 12. num. 9. (habetur tomo 8. tractatum p. 2.) Cras-  
tus de successione ab intestato. §. hereditatis. quæst. 6. num. 6. nu-  
mero 1. Monachaca de successione. creatione. lib. 2. p. 3. num. 13. Go-  
thofredus. d. autem, si qua mulier. litera O. Mendez repeat.  
l. cum opere. C. de bonis. que liberis.

Nec tamen hoc accipiendum est de bonis habitis à mo-  
nacho tempore ingressu, sed etiam de acquisitis po-  
sset, & quoad neutra in hoc est differentia. Quippe co-  
dem iure, est de voluntate illa vniuersali omnia ac-  
quirit. Sic Beroius et. in presentia. n. 55. fine.

Quare in hoc est differentia inter monasterium, & 23  
veros heredes, quod hi non sunt dominus quousque he-  
reditate adiaceant: nec vbi adiungit, intelliguntur bona  
hereditaria possidere, donec corporalem eorum posses-  
sionem fuerint adiutri. l. cum herede. ff. de acquir. posses-  
sione. illud vero cum primus quis proficeret, acquirit non  
solum dominium, led & omnium bonorum eius posses-  
sionem, quia id est proprium successions vniuersalis  
accessoriæ ad translatiōnē personæ, vt contingat in  
bonis arrogati, quæ per arrogationem transseuntur cum  
persona in ipsum arrogantem. l. si adoptauerit. ff. de pre-  
cario. Atque ita tradunt Glosa c. si qua mulier. verb. vno-  
versitatis. ad presentia. 19. q. 2. Cyntus aub. si qua mulier. ad finem.  
C. de sacro. Eccl. & ibi Odofredus n. 1. & 10. Bellaper-  
ticia q. 1. Bart. 17. & autem. ingressi. Lectura. n. 2. in 2.  
lectura. n. 18. p. 59. & ibi Paulus n. 8. Decius n. 18. Saly-  
cketus n. 1. appo. 3. Iafon n. 28. Rotellus n. 21. Signorius  
n. 14. Tapia mulsos referens verb. ipso ingressu. in principio.  
n. 2. g. 5. Innoc. c. in presentia. n. 6. de probat. & ibi Ioan.  
Andr. n. 20. Anton. n. 28. Holtiensis. n. 10. Abb. n. 74. Bald.  
n. 18. Anch. n. 21. Bellameria n. 21. Beroius n. 6. fine. Decius  
in noua edizione. n. 95. Arctinus n. 5. Paritus n. 19.  
Ferretus n. 15. Barbadus n. 10. g. 125. Mantua n. 90. An-  
char. c. 2. numero 10. de iuramento. & ibi Imola numero 18.  
Anatias numero 1. & 12. Idem Beroius in suis quæst. q.  
70. n. 20. & cons. 9. numero 2. col. 1. Bertrand. conf.  
70. vol. 1. & cons. 7. numero 2. col. 1. Nat. comment. 2. numero 46. de regul.  
reg. Lopez. l. 1. p. 2. & sicut. 2. p. 2. Menchaca lib. 2. de  
successione. §. 16. numero 13. Leonardus l. b. 2. de iust.  
c. 41. dubio 10. numero 84. sicut. Azor. tomo 1. iust. moral.  
lib. 12. p. 8. q. 2. Mo. n. 10. 1. de iust. de iust. 140. col. 2. ver.  
et ipsa quæst. Manuel quæst. singular. tom. 2. q. 80. art. 2.  
Hondeleus n. 94. num. 3. vol. 1.

Hoc temperatur i. vt intelligatur quando bona trans-  
feruntur cum persona. Quippe, quoniam omnia bona do-  
natur quispia monasterio, illud non ingrediendo, minime

transfer

transferetur possesso absque traditione, & apprehen-  
sione, quia quantumcumque translatio sit vilis, si non  
accedat persona, non transferetur dominium, neque pos-  
sesso sine traditione, & apprehensione. l. qui filii hered.  
vendidi. & ibi Bald. expresse notat C. de his qui à no-  
min. manuq. & l. qui ibi. C. de hered. & ast. vend. & est  
Gloss. communiter recepta ibi per Bart. & alios l. i. ver-  
bo. vnuersi. ff. pro doto. Atque ita tradunt Paulus d. autem.  
ingressi. n. 9. & ibi Iafon n. 40. & 41. & ibi Decius num. 8.  
& cap. in presentia. in noua ed. n. 29. de probat. & ibi Par-  
tius num. 10. Dux autem non transferri possessonem  
abque traditione, quia dominum transferetur utique,  
vt bene doct. Paulus ibidem: id enim est generale Ec-  
clesia prilegium, vt in ipsam transferetur dominium  
abque traditione, vt tradunt communiter Doctores l.  
finali. C. de sacro. aut. Eccl. per illum textum.

25. Secundò temperatur, vi intelligentum sit quando  
bona transeunt in monasterium accessoriæ cum perso-  
na. Quippe ex principali transferuntur, vt quando  
quis dedit fe., & sua monasterio, non transferuntur  
dominium, neque possesso absque traditione: quia fo-  
la huius translationis ratio est, ex quod translatio bono-  
rum sit accessoriæ persona, alij quantumvis titulus  
sit vniuersalis, non transeunt dominium, & possesso  
abque traditione, vt num. precedenti probauimus.  
Secundò, quia expressa hominis prohibito tollit prohi-  
bitionem legis iure aliquo speciali inducat. l. finali.  
C. de patris conueni. & planè tradunt Dynus & Bart. l. 1.  
§. unde quaritur ff. de publica. Vnde cum iure speciali ad-  
uersus omnes iure regulas transferatur dominium, &  
possesso, translatis bonis iure ipso, & accessoriæ ad per-  
sonam, id indultum cessabit, quoties transfernent per-  
sonam sibi prouidit transferendo quoque expressæ, & prin-  
cipaliter bona. Et ideo hanc partem tenet Iafon ea au-  
tent. ingressi. n. 40. & 41. & in hanc partem inclinat Arcti-  
nus. 4. Bellapertica q. 7. Bart. 2. Lectura. n. 48. Alberic. n. 19.  
Decius n. 7. Iafon n. 6. & l. finali. n. 24. C. de patris. Roma-  
nus conf. 34. n. 6. Rosella verb. leg. ar. n. 17. Angelus verb.  
minor. n. 2. & ibi Sylvestre fine. Tabiena q. 2. n. 3. Armilla  
fine. Francus in suis quæst. in materia peccatorij. q. 4. mon. 7. &  
alios allegans Tapia ea aut. ingressi. verb. sua. c. 5. n. 1. Iulius  
Clarus lib. 3. receptum. §. iustitiam. n. 28. n. 3. Caldas  
l. i. curatorem. verb. bonis contraventum. n. 28. C. de integrum  
restitutio. Spino specul. et. ameni. gl. 11. principali. n. 48.  
Mendez repeat. l. cum opere. 3. n. 14. C. de bonis, que libe-  
ris. Ludouic Lopez lib. 2. de contrati. lib. c. 19. q. 3. mo-  
tab. 5. Nec est necessarium iuramentum ob eandem ra-  
tionem, vt bene tradunt Imola eo c. in presentia. n. 12. Be-  
roius n. 9. 3. Spino proximè allegatus.

Arte idem dicendum est de prodigo, cui bonorum  
administratio est interdicta assignata sibi curatore; al-  
liat enim bona ingrediens religionem abque aliqua cura-  
toris autoritate: & quia eadem est ratio. Atque ita tra-  
dit Antonius eo c. in presentia. n. 5. Abbas. n. 14. Alberic.  
ea aut. ingressi. n. 19. & ibi Iafon n. 3. Signorius num. 34.  
Tapia ibi alios allegans verb. sua. c. 5. n. 12. Rosella verb.  
leg. n. 1. 7. Angelus verb. religio. n. 55. Sylvestre verb.  
religio. 6. q. 1. dicit. 4. Tabiena verb. religio. q. 34. n. 35. Caldas  
verb. bonis contraventum. n. 33. Iulius Clarus eadem q. 18. n. 3.  
Atque iure optime idem doct. Tapia edem c. 5. n. 14. de  
mito: potest enim sic alienare, cum possit nitibus, &  
facto ipso profitari, sicut & matrimonium contrahere.  
cap. c. iust. spud. & spon. alibus. quoniam de multo contra-  
minibus bene dixerit Bartholomaeus Socinus cons.  
62. 7. vol. 1.

27. Tertiò temperatur, nisi monasterium tempore pro-  
fessionis contradicat acquisitioni bonorum; tunc enim  
non statim acquiretur dominium: fecit autem quan-  
do ex post facto contradicat: cum enim iam tunc sint  
acquisita dominium, & possesso, nequit à se abdicare  
abque iuri solemnitate. Sic Paulus ea autent. ingressi.  
num. 9.

28. Ultimò limitatur, vt accipiendum sit de bonis, que  
religiosus tempore professionis habebat. Quippe alia

bona, in qua post professionem succedit, acquiruntur  
quoad solum dominum monasterio, dum non inter-  
nit traditio, ob generale Ecclesie prilegium, cuius  
meminimus numero 25. Atque ita docet Abbas cap. in  
presentia. num. 7. de probat. & ibi Anchranus num. 10. v.  
Barbatius num. 125. Decius in nota editione. num. 295. &  
num. 10. v.

Hec autem possesso, cum abque alio homini facta  
à iure transferatur, appellatur ciuilissima, & ficta, non  
vera, vt bene docet Tiraquel. 17. auct. le mort saisi le vif. 5.  
p. declarauit. & Tapia ea aut. ingressi. in prim. n. 18. & in ea  
habent locum omnia remedia possessoria adipiscenda,  
retinenda, & recuperanda possessionis, vt cum Tira-  
quelle doct. remedit. Cotar. lib. 3. variarum. o. 4. 6. Menochius  
tra. de rem. recuperanda possessionis. remedii. 1. n. 36. &  
357. Tapia edem n. 18. qui bene n. 19. cum Tiraquelle,  
& Couar. ibidem addit. hanc potiri omnibus vera pos-  
sessionis commodis, que sunt septuaginta tria, & ibi ea  
à num. 20. latè enumerat.

Nec hanc bonorum translatio excendens summam le-  
ge taxatam indiger infinitum, c. non est mera do-  
nation, sicut & mulieri integrum est omnia bona in do-  
men dare abque infinitum. l. nulla. C. de iure donum.  
Sic Albericus ea aut. ingressi. num. 1. o. fine. & ibi allegato  
Ricardo de Malumbe, Signorius n. 31.

Nec etiam indige facta à minori autoritate cura-  
toris, nec aliquo Iudicis decreto. Quod alienatio hac  
fiat in consequentiā personā, atque iure autoritate.

Arte ita tradunt Lopus allegat. n. 3. & ibi Mandu-  
sus in addit. verb. accessoria. Innocent. cap. in presentia. n. 5.  
de probat. & ibi Holtiensis n. 8. Joan. Andre. n. 15. Anton.  
n. 55. Anch. n. 15. Abbas n. 10. & n. 14. Baldus n. 30. Bel-  
lamera n. 15. Decius in noua ed. n. 9. notab. 14. Areinus  
n. 12. Ferretus n. 35. Boërius n. 149. Mantua. n. 21. Cynus  
autem. ingressi. n. 5. g. 5. C. de sacro. Eccl. & ibi Odofred.  
n. 4. Bellapertica q. 7. Bart. 2. Lectura. n. 48. Alberic. n. 19.  
Decius n. 7. Iafon n. 6. & l. finali. n. 24. C. de patris. Roma-  
nus conf. 34. n. 6. Rosella verb. leg. ar. n. 17. Angelus verb.  
minor. n. 2. & ibi Sylvestre fine. Tabiena q. 2. n. 3. Armilla  
fine. Francus in suis quæst. in materia peccatorij. q. 4. mon. 7. &  
alios allegans Tapia ea aut. ingressi. verb. sua. c. 5. n. 1. Iulius  
Clarus lib. 3. receptum. §. iustitiam. n. 28. n. 3. Caldas  
l. i. curatorem. verb. bonis contraventum. n. 33. Iulius Clarus eadem q. 18. n. 3.  
Atque iure optime idem doct. Tapia edem c. 5. n. 14. de  
mito: potest enim sic alienare, cum possit nitibus, &  
facto ipso profitari, sicut & matrimonium contrahere.  
cap. c. iust. spud. & spon. alibus. quoniam de multo contra-  
minibus bene dixerit Bartholomaeus Socinus cons.  
62. 7. vol. 1.

29. Indem audiendi non sunt Albericus d. aut. ingressi.  
n. 7. Angel. verb. monasterium. n. 4. Tabiena verb. monachus.  
n. 15. m. 16. dicentes monasterium succedere iure ha-  
reditario, ac prouide non confecto iumentario tenciri in  
solidum ad omnia debita, & legata professi instar quo-  
rumque aliorum hereditum, posse tamen restitu-  
rum se inueniens instar minorum. At dicendum est  
minime

maxime adstringi ad conficiendum inuentarium, ac subinde eo non confecto nullatenus teneri in solidum, nec ultra vires hereditatis: quia cum non succedat iure hereditario, non censetur cum creditoribus, & legariis quasi contrahere. Atque ita tradunt Antonius d.c. in prefatione numero 28. fin. & ibi Felinus numero 41. fin Bartol. autent. ingressi. in 2. lectura. numero 58. & auctor. s. qua multus. num. 16. C. de sacra script. Eccles. Baldus l. final. p. 5. C. de iure deliberandi. Bertrandus conf. 127. n. 3. vol. 7. Bertrachinus de Epon. 4. p. mon. 43. (haberet tom. 13. tractatum. p. 2.) Phanucus tract. de inuentione p. 7. n. 79. (habetur tom. 8. tractatum. p. 2.) Rolandus de confessione inuentarii. 2. p. 9. 12. n. 6. usque ad 9. Menchaca de success. creatione. lib. 2. §. 16. n. 13. Crastus de success. ab intestato. 8. hereditate. 9. 6. fin. Spino specul. testamento. gl. 5. principali. num. 17. Mendez repetitione. l. c. uporeti. p. n. 157. C. de bonis, quia liberis.

34 Quando tamen hereditas aliqua defertur monacho, & adit monasterium, potest compelli a legariis facere inuentarium non sumptibus monasterii, sed pertinentium, quod ea confectio minima monasterio noceat, & possit legariis prodeft. argum. 1. 2. 8. item Varus ff. de aqua pluma. ibi: Quia facta mibi preda poteſt, ipſi nihil nocetur usq[ue] aqua ſuggerit: eſi inre ſtricto depicatur. Et ita dicit Bertrandus conf. 168. n. 2. vol. 4. Similiter tenebitur monasterium ad petitionem legariorum; & creditorum pati bona profili describi. Quippe id est generale in omnibus inuentariis facere non obligatis, vt alii citatis tradit Molina lib. 1. de primogen. c. 1. n. 34. Immo & in foro conscientia tenetur monasterium eam bonorum descriptionem facere quae non est inuentarium, quando profilius habet ascendentis, aut descendentes, aut alios, qui ex testamento ante professionem condito et successuri sunt, aut creditores, quibus solvendum eft, vt conſtent bona, in qua illi successuri sunt, aut an extent bona ad satisfaciendum creditoribus, vt in simili de parte, qui bonorum aduentitorum filii inuentarium facere non tenuerit, tradit Molina Societas I. E S V. tom. 1. de inst. difputa. 219. ad finem.

## S V M M A R I V M.

